

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Perfectio m
cum fonte primo

Deo a quo nos sumus facti reddamus,
nec dominari nobis ea quibus sumus
naturaliter prepositi permittamus.
Dominetur uiciis ratio, subiciatur corpus
animo, animus Deo, et impleta
est tota hominis perfectio

ut
sicut uiuencia uita carentibus,
sensibilia uiuentibus,

immortalia mortalibus, ratiocinando
preponimus, ita bene uiuendo
uoluptuosis utilia, utilibus honesta,
honestis sancta, et sanctis perfecta omnia
preferamus.

Prosper libro III. de uita contemplatiua.

Quapropter si in hac vita justitiam
conamur implere, cuius justitiae opus est
proprium sua cuique tribuere,

Deo nos, a quo sumus facti, reddamus:
nec dominari nobis ea quibus sumus
naturaliter praepositi permittamus.
Dominetur vitiis ratio, subjiciatur corpus
animo, animus Deo, et impleta
est hominis tota perfectio.

Ac per hoc, et nos justitiae facti
participes, sua cuique tribuimus, si
inferiora melioribus, et virtutibus
carnalia oblectamenta subdamus;
et

sicut viventia vita carentibus,
sensibilia viventibus,
intellectualia sensibilibus,
immortalia mortalibus, ratiocinando
praeponimus, ita bene vivendo
voluptuosis utilia, utilibus honesta,
honestis sancta, sanctis perfecta omnia
praeferamus.

Iulianus Pomerius, *De uita
contemplatiua*, 3, 26 (PL 59, col.508B-C).